Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Antonii Mancinelli De parentum cura in liberos

Mancinelli, Antonio

Parrhisiis, 1511

De Liberorum

urn:nbn:de:bsz:31-293568

Visual Library

Parentes cibādi ſūt

Parentib⁹ quidem fas eſt: prima & maxima debita per ſoluere: putare em̃ quiſq; debet: omnia quæ poſſidet eorū eſſe q̃ genuerūt: & educarunt: ita vt illis: hæc pro viribus quiſq; miniſtrare debeat. Primū q̃dē externa bona: deinde etiā corporis: poſtremo: quæ ad aīm ptinent. Hęc oīa videlicet mutuo data perſoluēs & pro curis: doloribuſq; priſcis parētū in ſenecta reddens: q̄ñ maxīe indigent. In verbis q̄n etiā per totā vitam parētes venerari maxime decet: Leuiū em̃ verborū grauiſſima iminet pœna: Nā oībus propoſita ē Nemeſis iudicii Angelus: huiuſcemodi omniū conſideratrix: oportet itaq; iratis animumq; explentib⁹: cedere: ſeu verbis: ſiue rebus id faciant. Nō ignorantes patrē iure admodum filio valde ſuccenſere: ſi quando ab eo iniuriam ſibi fieri arbitret. Mortuis vero parentibus monumenta decentiſſima fiant: annuas quoq; curas defunctorum inſtaurare decet: & noua quottidie repetita memoria ſemper parētes ſūmope honorare: ĩpēdio moderate p̄ fortuna vtētes. Si hęc ſeruabim⁹ digna ab diis: cęteriſq; natura nr̃a ſupiorībus: p̄mia reportabim⁹. Athenīēſis hoſpes li. iiii. de legib⁹.

Verba.

Nemeſis

Patientia

Sepulcra iuſta.

Quicunq; pulſaſſe parentes condemnabit: primū perpetuo exulet: deinde & a ſacris omnibus arceatur, quib⁹ ſi minus abſtineat: a principibus agri verberib⁹. Et omnino vtcunq; voluerint plectatur: & ſi ab exilio reuertat: morte peccata luat. Quiſquis vero liber cum huiuſmodi homine comedet: aut bibet: vel aliquo pacto vna q̄cq̃ geret: aut tanget: aut ſpōte loquet: is nec in templū ingrediatur: nec forū: nec omnino in ciuitatem p̄ficiſcat: anteq̃ mundetur. Putare nanq; debet: ſcelerato ſe cōmercio contaminatum. Q3 ſi non obtemperauerit: ſed ciuitatem: & templa iniq̃ coinquinet: Quicunq; magiſtratus fieri hoc ſenſerit: niſi confeſtim punierit: maximarum iniuria. ū reus eſt habendus. Idem libro. ix. de legibus.

Parētem pulſans.

Percutiētis p̄rem amicus.

Parentes negligēt.

Parentes negligere: nec deus: nec homo mentis cōpos alicui vnq̃ conſulet. Exiſtimandumq; eſt: nullum apud

deos magis honorandum ſimulachrum habere nos poſſe: ꝗ patres & auos ſenio confectos: matreſqꝫ ſimiliter. Quibꝰ honoratis deus gaudet: quocirca: qui erga parẽtes & auos cæteroſqꝫ huiuſmodi recte ſe gerit: is ad deos ſibi conciliã-dos ſimulachrorũ oĩm optima poſſidet. Idẽ li.x. de legibꝰ.

Parentes honorandi.

Oedipus contẽptus a filiis: ea illis imprecatꝰ eſt: quę ex audita effectaqꝫ diis: apud oĩes ferunt. Amyntora quoqꝫ phœnici filio iratum: illi maledixiſſe ferunt: Et hippolyto theſea: plurimoſqꝫ alios aliis: Quibus apertiſſimum factũ eſt: ab diis p̃ces parentũ aduerſus filios exaudiri: Nihil em̃ ĩprecatione parẽtis nõ iniuria perniciosius filio: Nemo ve-ro: quũ pater aut mater ab eo contemnit: tũc ſolũ a deo pu-tet orationes eorũ ſecundũ naturã exaudiri: ſed quum etiã honoratur: ac ideo quũ lętiores bona liberis ab diis petũt: exaudiri eos ſimiliter exiſtimare debemus: Atqꝫ ideo nobis æqua inde diſtribui: nam aliter in bonis diſtribuendis iuſti nõ eſſent: qͩ longe ab diis abeſſe neceſſe eſt. Idem ibidem.

Parentũ imprecationes.

Parentũ oratiões.

Deus eſt iuſtus.

¶ Curent igiť filii ne parentũ imprecatiões recipiãt qͩ q̲dẽ erit: ſi illos nõ negligẽt: ſed amauerit: honouerit fouerint.

Ex Ariſtotele. Titu. iiii.

Sapiens

Bonus.

Indocilis

OPtimus ille quidem eſt: ex ſeſe qui omnia nouit. Is rurſus bonus eſt pater q̲ recta monẽti. At q̲ ex ſe ne ſcit: cuiq̃ nec porrigit aures Vt bona p̲cipiat: de-mens: & inutilis ille eſt. ¶ Hęc heſiodi carmina Ariſtoteles li.i. Eth. poſuit. Tu ergo fili parẽtũ mõitis & diſciplinæ ob ſeqũ p̃ſta: quo bonꝰ atqꝫ ſapiẽs/ nõ aũt demẽs & ĩutilis fias.

¶ Et qui trahebatur a filio: ſiſtere iubebat in oſtio: ſe & em̃ patrem eouſqꝫ traxiſſe dicebat. Idẽ Ariſtoteles libro ſepti-mo. Eth. ¶ Vnde tu fili charis parẽtibus iniuriam quãpiam caue inferas: Nam vt Terentius ſcribit: omnium rerum vi-ciſſitudo eſt: hinc & a filiis id recipies: quod tuis parentibꝰ dederis: Deo id permittente: cui omnia patent & fas & ne-fas vnde optime Naſo inquit li.i. de arte.

Pater tractus.

Viciſſitudo.

¶Expedit eſſe deos: & vt expedit: eſſe putemus
Dentur in antiquos thura: merũq; focos
Nec ſecura quies illos: ſimiliſq; ſopori
Detinet: innocui viuite: numen adeſt.

¶Nemo em̃ vnq̃ dignũ reddere põt: ſed q quoad põt obſe
Gratus quit: bonꝰ & ęquꝰ eẽ videt. Quapꝑter videbit: patrẽ quidẽ
nõ licere filio abdicare: filiũ aũt patri licere: debẽtẽ em̃ red
dere oportet. At qcq̃d ægerit: nihil vnq̃ iis dignũ fecerit: q̃
Parẽtibꝰ a pr̃e ſuſcepit: quare ſemꝑ debet. Idẽ libro VIII. Ethicorum
debemus ¶Honorẽ parẽtibꝰ vt diis tribuere oportet: Oĩ quoq; ſenio
parẽtum ri honorẽ tribuẽdꝰ: Aſſurgẽdo Locũ ve cedẽdo: & talibus.
honor Idẽ li. ix. Ethicoꝝ.

¶Ex Hieronymo ſancto de officiis Liberoꝝ erga par entes Tit. v.

IN libro Exodi ita ſcriptũ eſt diuino imperio: ho-
nora patrẽ tũS & matrẽ tuũ: ſicut p̃cepit tibi dñs
vt bene ſit tibi: Et lõgę ſis vitę ſuꝑ terrã. Quã dñs
Parentes deꝰ tuꝰ tibi dabit. Audite filii ſalutiferã iuſſionẽ: & p̃cepta
honorãdi legis affectu debiti amoris ĩplete. Seruite pr̃ibꝰ futuri pr̃es
& matres veſtras tenera diligite pietate. Nemo patrẽ aſpe
ris verbis lædat. hoc filioꝝ ora loquant: qđ parẽtes delectat
audire. Præbeat patribꝰ amori mixta formido: q prima no
bis ſunt cauſa naſcẽdi. Matribꝰ quoq; debitã ĩpẽdite reue-
Verba rẽtiã: q̃ in vtero pondꝰ veſtri corporis tolerarũt. Quid ipa
memorẽ nutrimẽta: & tenerę infantię dulces iniurias! ita
Timor q; parẽtibꝰ nẽo põt reddere: qđ debet. Irreuerẽs aũt filiꝰ qd
Matris ab dño expectet Salomonis dicta teſtant. Cõtumeliis affi-
Filius cõ- ciẽs patrẽ: & cõtẽnẽs ſenectã mr̃is cõfundet: & in opprobri
tumelioſꝰ is erit. filius derelinquẽs cuſtodire diſciplinã pr̃is medita-
bit ſermones malitiæ: Maledicenti patrẽ & matrẽ: extigue
tur lumẽ: et pupillæ oculorũ eiꝰ videbũt tenebras. Audi fi
li patrẽ: q te genuit: nec cõtẽpſeris qa ſenuit mater tua. Pa
reat pr̃i lingua: quã genuit & matrẽ ſuã nemo crudeli ver
bo percutiat. Memẽto ſcripturę ſanctę: vbi ſp̃ũ ſãcto loquẽ
te dictũ eſt. Qui maledixerit patri aut matri morte moriat
Mem ento ergo parentum eſſe: q̄ talis es: quorum mani-
bꝰ crementa ſumpſiſti: Sit tibi grata ipſoꝝ ſalus: quibus

chariot eſt vita tua q̄ propria: Redde vicem colendę pieta tis. Si qcq̄ ſapitis filii: eo aio videte venerabiles facies: quo vos ipſi conſpiciũt: foueatur parentũ ſenectꝰ: vt factis eoꝝ viciſſitudo reddat: habet em̄ quādā ſenectus infantiā: hęc ex Hieronymo de officiis liberorum erga parentes. — *Parentũ aſpectꝰ.*

Ex P. Paulo Vergerio Titulo ſexto.

OMnino liberalis ingenii primum argumentum ē: ſtudio laudis excitari: incēdiq; amore gloriæ. Vnde oriunt̄ generoſa quędā inuidia: & ſine odio de laude: probitateq; contentio. Proximum vero parere libēter maioribus: nec eſſe benemonentibus contumaces. Nā vt equi meliores ad pugnam habētur: qui faciles ſunt manu regi: & ad tubarum clangorem arrectis aurib⁹ exultāt. ita qui iuuenũ bene audiunt monitoribus: & laudati excitant̄ ad bonũ: huberis ſpem frugis ferre præ ſe vident̄. — *Gloria. Obedire. Equi. Obediẽs.*

¶Et quemadmodum equi curſores meliores habent̄: q dato ſigno protinus exiliunt: nec calcarium ſtimulos: aut flagellorum plagas morati ſubſiſtunt: ita adoleſcētes: qui cō ſtitutis horis ad ſolita ſtudia: intermiſſaq; pauliſper excercitia: alacres ſine monitore redeũt. — *Equi. Studioſi.*

¶Verecundia in tenella ætate ſignũ optimũ: bene igit̄ habet: & ſi & obiurgati erubeſcant: & caſtigati fiāt meliores: ſuoſq; p̄ceptotes amēt: nā & diſciplinā amari iudicio eſt. — *Pudor. Pręceptor.*

¶Bonæ indolis iuuenes dicimus: qui effigie ipſa oris & geſtu: cęteriſq; actibus ſpem de ſe bonā polliceri vident̄. — *Indoles.*

¶Bene pręcipiebatur: a Socrate: vt adoleſcētes in ſpeculo ſuam imaginem crebro contemplarentur: ea ſcilicet ratione: vt hi: quibus ineſſet ſpeciei dignitas: vitiis illam nō dehoneſtarent. Qui vero deformiori ſpecie viderentur: formoſos ſe virtutibus reddere curarent. — *Speculũ.*

¶Senibus ac maioribus natu plurimum reuerentię adhiberi conuenit: eoſq; parentum prope loco exiſtimare. Qui ergo iuuenes libenter ſenibus hærent: nec ab his facile diſ — *Senes honorãdi*

cedunt:a quibus proficere poſſunt:ſi non temere velle vi-
dentur ætatem virtute præuenire.

Gramma- Ante omnia(ſiqd pficere de doctrinis volem9)congrui
tica. ſermonis habenda eſt ratio. Et curãdũ ne dum maiora pſe
Dialecti- quimur:turpiter in minoribus labi videamur. ¶Proxime
ca. huic diſputandi ratio adhibenda eſt:per quã quid verũ:fal
Rhetori- ſum ve ſit facile argumentando quęrimus.

ca: Rhetorica vero tertia eſt inter rationales diſciplinas:p
Poetica. quã artificioſa quæritur eloquentia. ¶Proxima huic ẽ poe
tica:cuius ſtudium & ſi conferre plurimum:& ad vitam &
Muſica. ad orationem poteſt:ad delectationem tamen magis vide
tur accommodata. ¶Ars vero muſicæ(nam & ea audien-
tem delectat)magno quodam apud græcos honore habe-
batur:Nec putabatur quiſq̃ liberaliter erudit9:niſi cantu
Arithme- & fidibus:Quãobrem Socrates(vt ipe ſenex didicit)ita in
tica. genuos adoleſcentes erudiri in his iuſſit. ¶De nũeris ratio
Geome- Arithmetica dicta eſt. ¶De magnitudinibus:quæ Geo-
tria. metria eſt appellata. ¶Sed & illa quoq; pulcherrima eſt:q̃
Aſtrolo- de ſyderum motibus magnitudinib9:ac diſtantiis perta-
gia. ctat. ¶Maxime vero ſciẽtia de natura:intellectui humano
Phyſica. conſona atq; conformis eſt per quã multorum quidem poſ
Medicia. ſumus cauſas reddere. ¶Medicina etiã eſt & cognitu pul-
cherrima:& ad ſalutẽ corporũ cõmodiſſima. Verum exer-
Leges. citiũ habet minime liberale. ¶Legum peritia publice pri-
uatimq; vtilis eſt magis vbiq; honori habetur:& ipſa qui-
dem a morali philoſophia deriuata eſt:quemadmodum a
Theolo- naturali medicina. ¶Scientia vero diuina eſt de
cauſis altiſſimis:& rebus:quæ ſemotæ noſtris ſenſibus
quas intelligentia tantum attingimus. ¶Principales
itaq; diſciplinas fere connueraulmus omnes:non quo vni
cuiq; omnes neceſſario appræhendendæ ſint vt doct9 tan
dem aut ſit:aut habeatur:Sed vt ad quam quiſq; aptiſſi-
mus erit:eam potiſſimum amplectatur. De doctrinis autẽ

non videmur id ſcire:quod non memoriter ſcimus:aut nõ Memoria
facile reminiſci poſſumus.

Proderit autem & de communibus ſtudiis vna cum ſo Diſputa-
dalibus crebro conferre:acuit enim ingenium. Diſputa- tio.
tio linguam erudit:memoriamq; confirmat. Ac non mo-
do multa diſputando diſcimus:ſed & quę didicimus meli Docere.
us ſcimus:aptius eloquimur:& firmius recordamur. Sed
& alios quoq; docendo:quæ ſcimus non parum: & ipſi iu- Studium
uabimur:Optimum nanq; proficiendi genꝰ eſt docere: qđ
didiceris.¶ Singulis autem diebus ſtatutas horas litteris.
dabimꝰ:neq; negocio vllo abſtrahemur: quo minus aliqđ Alexan-
quotidie legamus:Nam ſi Alexander in caſtris plurimum der.
lectitare ſolebat:Si Cæſar cum exercitu proficiſcens libros Cæſar.
ſcribebat:Et Auguſtus mutinenſi bello rem tantam ador Auguſtꝰ
tus ſemper tamen in caſtris legere:aut ſcribere:quottidie-
q; declamitare conſueuerat. Quid poterit vrbano ocio in- Ludus.
teruenire/quod nos diu prorſus ab litterarum ſtudiis auo-
cet?¶ Primum itaq; pręceptum eſt:idq; potiſſimum: vt ne
quis turpis ludus:aut noxius ſuſcipiatur. Nec niſi quantũ
aut acuat induſtriam:aut corporis vires exerceat. Pila:Ve Pila.
natio:Aucupiũ.Piſcatioq;:& delectatione plurima affici-
unt aĩm:& vim mẽbrorũ motu laboreq; cõfirmãt. Sed nec Lyra.
erit qdẽ indecẽs cãtu:fidibuſq; laxare animum. Nam & Py
thagoreorum mos hic erat. Cultus.

Corporis cultus ſit decens:Neq; nimiũ exquiſitꝰ: neq;
prorſus neglectus:ſed cum rei loco:temporiq;:tum maxi-
me perſonæ cõueniat. Nimia aũt cultꝰ venuſtatiſq; cura
muliebrem aĩm deſignat:& multę vanitatis argumẽtũ ẽ.

Ex magno Baſilio. Titulo ſeptimo.

HEſiodꝰ ĩgt:Optĩm illũ eẽ:qp ſeipſũ(q̃ agẽda ſint)
conſpicaret. Sequẽti autem gradu:qui aliorũ cõſi
lia ſequeret. Qui vero ad neutrũ hoꝝ aptꝰ eẽt eũ

penitus eſſe inutilem. Heſiodi carmina.

Optimus ¶ Optimis ille quidem eſt: ex ſeſe qui omnia nouit:
Bonus Is rurſus bonus eſt: paret qui recta monenti:
Inutilis At qui ex ſe neſcit: cuiq̃ nec porrigit aures
Vt bona percipiat: demens & inutilis ille eſt.

Poetæ. ¶ Cum poetæ varii: multiformeſq; ſint non omnibus: q̃ ab
ipſis dicuntur: adhibenda eſt mens: ſed qnum excellentiũ
virorum facta: aut dicta cõmemorãt: tunc tota mente mo
ueri: atq; inflãmari debemus: maximeq; conari: vt tales ip
ſi ſimus: quales illi fuere. Quum vero in improborũ homi-
num mentionem incidunt fugienda eſt illorum imitatio:
Sermo Aureſq; claudendæ nõ ſecus atq; ipſum ferũt Vliſſem ad
prauus Sirenum cantus: Prauæ enim confabulationes viæ quędã
ſunt ad facinora. Vnde quantum vtiliter ſcriptum fuerit
Virtus accipientes: quæcunq; nocere poſſunt: declinabimus: Cũ
ſola virtus & viuenti: & mortuo ſtabilis ſit: & firma poſſeſ
Solon ſio. Qua ratione Solon inquit ad diuites: At nos nõ pmu-
Diuitię tabimus cum virtute diuitias: quoniam virtus firma ẽ: Di
uitias vero alias alius poſſidet.

¶ Prodicus ſophiſta quodã loco librorum ſuorum de virtu
Prodicus te ac vitiis ait Herculem (quum adoleſcens eſſet) diu ſe-
Herculis cum multumq; dubitaſſe: vtram viã caperet: quũ duas vi
vię deret: vnũ voluptatis alteram virtutis: iter ambigẽdum e
autem: duas acceſſiſſe matronas: Has vero eſſe: & virtutẽ
& malitiam. Statim igitur: (etſi illæ ſilerent) manifeſtam
fuiſſe diuerſititatẽ illarũ: videri eñ alteram accuratiſſim
ornatam: fluentem delitiis: & omniũ voluptatũ examẽ p⁹
ſe trahẽtem. Hanc itaq; omnia oſtentantem: & multo etiã
Virtus plura pollicentem: ſecum trahere Herculẽ tentauiſſe. Al-
teram vero aſperam: duram ſeuereq; intuentem talia ecõ
tra dixiſſe: polliceri ſe nec voluptatem aliquam nec quie-
tem: ſed labores: pericula: ſudoreſq; infinitos: terra mari-
q; tolerãdos. præmium autem illorum fore: vt ille aiebat:

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Deum fieri: & hác demum herculem ſecutum fuiſſe dicit: Et fere omnes: qui mõ aliquid in philoſophia ſcripſere: vt quiſq maxime potuit: virtutem laudarunt. Quibus ſane credendum eſt: conandumq vt in vita noſtra id oſtendamus.

¶Pericles Athenieſis (quũ eũ quidam probris laceſſeret) nihilo eſt irritatus: neq animo cõmotus: ſed per vniuerſũ diem perſeueratum eſt: cum ille nullo maledicto abſtineret: hæc vero tanq̃ ea res nihil ad ſe pertineret contenneret. veſpere aũt iã facto: & tenebris exortis: quũ iurgator ille vix eo tempore abire vellet: Pericles famulo cũ lumine accito: proſecutus eſt ipſum! vt ſibi q̃ lõgiſſima eẽt hęc ad philoſophiam exercitatio. ¶Item quum quidam irat⁹ Euclidi megarenſi necem minaretur: idq ſe facturum eſſe iuramento firmaret: Euclides conrra iurauit ſe profecto illũ placaturum: effecturumq: Ne ſibi infenſus foret. — Pericles — Euclides.

¶Pulſauit quiſpiam Socratem Sophroniſci filiũ: faciẽ eius petulantiſſime cædens: Socrates vero nõ repugnauit. ſed illius iræ ac petulãtiæ ſe permiſit: donec ei vultus vndiq tuber fieret. Verũ vbi illius ira ſatiata eſt ſocrates qdẽ nihil aliud ægit: Niſi φ fronti ſuæ inſcripſit percuſſoris nomen: quẽadmodũ ſtatuis fieri ſolet: ille inquit hoc op⁹ effecit: nec vlterius vlciſci perexit. ¶Operæpretium ergo eſt aliquod huiuſmodi exemplum ſuccurrere mentibus hominum ira efferueſcentium. Hoc deniq Socraticũ illi noſtro conuenit: qd monet: vt percutienti maxillam vnam alteram porrigamus. Illud vero periclis: aut Euclidis ſimile eſt illi: quo monemur perſequentes expectare: & benigne illorum iras tolerare: Et inimicis bona precari non autem maledicere. — Socrates. — Patientię exempla.

¶Haud ſane prætereundum eſt Alexandri regis memorabile factum: qui quum Darii filias in captiuis haberet mirum in modum (vt ab omnibus prædicabatur) formoſas — Alexãdri modeſtia.

Aſpiciẽs. ne videre quidem voluit: turpe eſſe ratus: eos: qui viros vi
ciſſent: a mulierib⁹ ſuperari. Hoc aũt illi noſtro conuenit:
ꝙ aſpiciens mulierẽ ad voluptatem: & ſi rem non conſu-
met: attamen ꝙ id cupiat: crimine non caret.

Clinias iuramẽtũ ❡Clinias Pythagoræ familiaris: cum poſſet triũ talẽtorũ
iacturã iureiurando ſibi delato effugere: ſoluere quidem
maluit: q̃ iurare: q̃q̃ ſine periurio id facere liceret. Audiue
Corpus Anima rat ille: vt quidẽ mihi videt̃ p̃ceptũ dñi iuramẽta vetãtis.
Non eſt corpori ſeruiendum: niſi quãtũ ſũma cogit neceſ
ſitas: ſed anima bonis artibus imbuenda: & e corporũ vin
culis: ac paſſionum ſocietate per philoſophiam eximẽda.

Diuitiæ ❡Diuitiarum: vt ait Solon: nullus eſt terminus. Verum
ad eam rem Theognide magiſtro vtendum eſt: Quia ita i-
quit: Neq; diuitias cupio: neq; voto precor. Sed mihi con
tingat ex paruo vitam agere omni carentem moleſtia.

❡Oportet autem: vt ego quidem arbitror nec abſentes di
uitias optare: nec præſentibus gloriari: niſi quantum ſcias
Diuitiis vtendum vti. Sapienter enim Socrates: qui cum videret hominẽ di-
uitiis affluentem: eaq; de cauſa & faſtidio quodam gloria
bundum vadere: non prius inquit te admirabor: q̃ notum
mihi fuerit: quo pacto ſcias vti fortunis tuis. ❡Hæc ex ma
gno Baſilio excerpta: quo quidem adoleſcẽtuli facilius re
cordentur: & imitentur vbiq;.

Matris reuerentia ❡Ex. Q. Curtio. Titulo octauo.

SCio apud vos: filiũ in cõſpectu matris nefas eẽ con
ſidere: niſi cum illa permiſit. ❡Verba ſũt Alexan
dri magni ad Siſiganbin Darii Regis Perſarũ ma-
trẽ. Li. v. Curtii. Hinc & tu fili Perſarum more magna cũ re
Parẽs ametur uerẽtia eſto apud matrẽ. ❡Ex Senecę puerbiis. Ti. ix

AMes parẽtẽ: ſi ęqu⁹ eſt. Si aliter: feras: Præſtabis pa
rentibus pietatem: Cognatis dilectionẽ: Recte pa
rẽtẽ & inferiorẽ laudas: quia ptinet ad gloriã tuã.

¶Ex Diogene Laertio de vitis phõrum. Ti.x.

Vicissitudo

THales: ꝗ primus ſapiens vocatus eſt: Quæcunqꝫ ait Stipendia parentibus intuleris: eadem ipſe a filiis expecta.

Parẽs nutriatur

¶Solon ſeptẽ ſapiẽtiũ vnꝰ videt̃ id p̃clare ſtatuiſſe: ſiqs parẽtes nõ enutrierit. is ignobilis & obſcurꝰ eſto: Sũt ẽt eius monita: Noli malis cõgredi: deos honora. Parẽtes reuerere

Parẽtum honor.

¶Pythagoras aiebat. Deos quidẽ ſemideis in honore p̃ferẽdos hoĩbus aũt heroas: parẽtes vero hoĩbꝰ cæteris.

¶Ex Valerio Maximo. libro. v. c. iiii.
de Pietate erga parẽtes. Ti. xi.

Coriolani pietas

COriolanus maximi viraĩ: & altiſſimi cõſilii: optimeqꝫ de repu. meritꝰ: iniquiſſimæ dãnatiõis ruina ꝓſtratꝰ: Ad Volſcos infeſtos tũc Rõanis cõfugit. Magno vbiqꝫ p̃tio virtus æſtimat̃. Itaqꝫ ibi breui ſummum adeptus imperiũ: frequenterqꝫ fuſis exercitibꝰ Rõanis: victoriaꝝ ſuaꝝ gradibus aditum iuxta mœnia vrbis Volſco militi ſtruxit: Quapropter miſſi ad eũ deprecãdũ Legati nihil profecerunt. Miſſi deinde Sacerdotes cũ infulis: æque ſine effectu redierunt. Stupebat Senatus: trepidabat populus: viri pariterqꝫ mulieres exitiũ imminẽs lamentabãtur. Tũc Veturia Coriolani mater Volũniã vxorẽ eius: & liberos ſecum trahẽs. caſtra Volſcoꝝ petiit. quã vbi filius aſpexit: prope vt amens matris cõplexum petiit.

Veturia Volũina

Illa ex precibꝰ in irã verſa: ait: Sine vt priuſq̃ cõplexũ accipiã ſciam an ad hoſtem: an ad filiã venerim: captiua materne in caſtris tuis ſim. In hoc me longa vita: & infœlix ſenecta traxit: vt exulem: deinde te hoſtem viderem. potuiſti populari hãc terrã: quæ te genuit: & aluit niſi te pepiſſem Roma non oppugnaret̃. Multaqꝫ inſuper addidit complorando: Quibus: & vxoris & paruuloꝝ fletibꝰ motus matrẽ cõplexus: Expugnaſti inqt: & viciſti irã meam. patriã p̃ci-

bus huius admotis: cuius vtero delatus ſum: q̄uis merito mihi inuiſā dono cōtinuoq; hoſtibꝰ armis agrū romanū liberauit: vni uſq; parentis aſpectꝰ bellū atrox ſalutari pace

Coriolani pietas.

mutauit. Hęc ex Valerio. ¶Memor igit̃ eſto fili Coriolani erga matrē pietatis: vt & tu illi obtēperes: illā honores: illi nō diſpliceas: Verūtn̄ toto pectore: totis viribꝰ ei placeas: eam foueas: ames: venereris: & colas.

T. Manlii pietas.

Lucio Manlio diē ad populū Pōponius Tribunusplębis dixerat: ꝙ occaſione bñfaciēdi belli inductꝰ: legitimū obtinendi impii tēpꝰ exceſſerat. Q dq; filiū optimæ indolis iuuenē ruſtico opere grauatū: publicis vſibꝰ ſubtraheret. Id ꝙ poſtq̄ Manlius adoleſcēs cognouit: protinꝰ vrbē petiit: & ſe in Pōponii domū pria luce direxit: q exiſtimās ī hoc eū veniſſe: vt patris crimina: a quo plus iuſto aſpe tractabat̃: deferret excedere oēs iuſſit cubiculo: quo licētiꝰ remot[ arbitris iudiciū pageret. Nactus occaſionē opportunā ꝓpoſito ſuo iuuenis: gladium quem tectum attulerat: diſtrixit Tribunūq; minis ac terrore cōpulſum iurare coegit: a patris eius accuſatione receſſurū. eoq; affectū eſt: ne Manlius pater cām diceret: Cōmendabilis eſt pietas: q̄ māſuetis parētibꝰ preſtat̃: ſed Māliꝰ filiꝰ: quo horridiorē patrē habuit

T. Māliꝰ

hoc periculo eius laudabilius ſubuenit. q ad eum diligendum præter naturalē amorē: nullo indulgētiæ blandimento inuitatꝰ fuerat. Hęc ex Valerio. ¶Sed Liuiꝰ etiā li. VII. ſcribit: id laudabiliꝰ iuueni fuiſſe: ꝙ aīum eiꝰ tāta acerbitas patria nihil a pietate auertiſſet. ꝓꝙ nō patri modo remiſſa cauſę dictio eſt: ſed ipſi etiā adoleſcenti ea res honori fuit. ſuffragio eñ factꝰ eſt Tribunus militū. Scribit præterea Liuiꝰ patrē. L. Manliū: filiū vero. T. Manliū appellatos

L. Manliꝰ
T. Māliꝰ

¶Tu etiā fili parentibꝰ ſubuenire: vel manſueti: vel horridi fuerint: ſemper enitere: ſempillorū neceſſitati ſuccurre: Immo occurre potiꝰ: id eñ tibi & laudi: & honori vti & Tito Manlio fuerit.

¶Sanguinis ingenui mulierem: Prætor apud tribunal ſuum capitali crimine damnatam: Triumuiro in carcere necandam tradidit. Quã receptã: is qui cuſtodiæ præerat miſericordia motus: non protinus ſtrãgulauit Aditumq́ ad eam filiæ: ſed diligẽter excuſſæ: ne quid cibi iferret dedit: exſtimãs futurum: vt inedia cõſumeretur. Quum autem iam dies plures intercederent ſecum ipſe quærens: quidnã eſſet: q̄ tam diu ſubſtentaret: curioſius obſeruata filia: animaduertit illã exerto hubere famem matris lactis ſui ſubſidio leniẽtem: quæ tam admirabilis ſpectaculi nouitas ab ipſo ad triumuirum: a triumuiro ad prætorem: a prætore ad conſulum iudicium perlata: remiſſionem pœnæ mulieri impetrauit. Putaret aliquis hoc contra rerum naturam factum: vt mater ſcilicet huberibus natæ aleretur: niſi diligere parentes prima naturæ lex eſſet. Hæc ex Val. Natę lex.

¶Notate igitur & Filii & filiæ: quanta illa in matrem pietate & charitate vſa fuerit: quo & vos in parentes veſtros haud impii: ſed pientiſſimi ſitis. Hiſpanorũ pietas

¶Voſquoq́ fratres memoria complectar: quorum anim⁹ origine fuit nobilior: ſiquidem admodum humiles in Hiſpania nati: pro parentum alimentis ſpiritum erogãdo: ſpecioſo exitu vitæ inclaruiſtis. Duodecim enim millia nummum: quæ poſt mortem veſtram iis darentur: a filiis patientis pacti eſtis. Sed etiam ſtrenuo ac forti exitu claruiſtis: Eiſdem enim manibus: Patientis vltionem: Epaſti pœnam: genitorib⁹ nutrimenta: vobis glorioſa facta peperiſtis: itaq́ tumulis etiam nunc viuitis: quia parentum ſenectutẽ tueri: q̄ veſtram expectare ſatius eſſe duxiſtis. Hęc ex valerio.

¶Si ergo duo prædicti fratres obire mortem pro parentũ ſalute & nutrimẽtis nõ dubitarũt: Nonne eſt & vos filii filiæq́ parentum veſtrorum neceſſitatibus opem ferre: vbi nulla ſit opus morte viuendo deberis?

¶Ex Iuſtino. Ti.. xii.

**Cimonis pietas.** CImon athenienſis Melciadis filius patrem ob cri-
men peculatus in carcerem coniectum: ibiq́ de-
functum: tralatis in ſe vinculis ad ſepulturã re-
demit. Iuſtinus id ſcribit. li. ii.

**Melciades** ¶Præterea vt Aemylius probus inquit: Melciades accuſa
tus eſt: ꝙ quum paron inſulã expugnare poſſet: ab Dario
rege corruptus infectis rebus a pugna diſceſſiſſet: Eo tem
pore æger erat vulneribus: quæ in oppugnãdo oppido cę
perat: itaq;: qm̃ ipſe pro ſe dicere nõ poſſet: Verba fecit fra
ter eius Dagoras: cauſa cognita capitis abſolutus: pecu-
nia mulctatus eſt. Eaq; lis quinquaginta talentis æſtima-
ta eſt: quantus in claſſem ſumptus factus erat. Hanc pecu
niã ꝙ ſoluere nõ poterat: in vincula publica coniectus eſt
Ibiq; diẽ obiit ſupremum. Hæc ſcribit Aemylius. Inde autẽ
filius Cimon (vt Iuſtinus ait) tranſlatis in ſe vinculis de-
**Cimon in carcere** functum patrẽ ad ſepulturã redemit: tanta in patrẽ pieta
te affectus erat: ¶Tu vero ingratiſſime fili: ne minimũ qui
dem parentum gratia tædium pati velles. Verte iam mo
res: ſume Cimonis inclyti pietatem. Ama parentes ſugge
re victui neceſſaria. redde qd accepiſti: quis te puerum edu
cauit? vterq; parens. Redde vtriq; vicem.

¶Ex Herodoto Ti. xiii.

**Cleobis Bython** QVum dies Feſtꝰ Iunonis apud argiuos eẽt: opor
teretq; omnino matrẽ Cleobis & Bythonis (qui
bus & genus argiuũ erat: & victꝰ ſuppeditabat:
ad hæc corporis robur tantum: vt & in certaminibꝰ ambo
pariter victores extiterint) ad tẽplũ ferri bobus iunctis: hi
ꝙ boues ex agro eis ad horã præſto nõ eſſent: tũc iuuenes
excluſi tempore iugũ ſubeuntes plauſtrum pertraxerũt:
quo mater vehebatur: & quinq; ac quadraginta per ſtadia

trahentes ad templum peruenerũt. Quibus: quũ hæc feciſſent: & omni cœtu cõſpecti fuiſſent optimus obtigit vitæ exitus. per quẽ Deus iudicauit: ſatius hominis eſſe mori q̃ viuere: Nã cũ circunſtantes argiui laudibus tollerent viri quidem cõſiliũ filiorum: fœmine vero eorum matrem q̃ talibus filiis ꝑdita eſſet. Mater gaudio perfuſa: cum liberorũ facto: tum fama: ante ſimulacrum ſtans ꝓcata eſt deã vt Cleobi & Bythoni filiis ſuis daret id: qđ optimũ eẽt homini contingere: poſt hanc precationem vbi ſacrificauit: epulatiq; ſunt: quieſcentes in ipſo delubro nõ ſunt amplius excitati: ſed hoc vitæ exitu perfuncti Quorũ effigies tanq̃ virorũ: qui optimi extitiſſent: argiui factas apud delphos collocarunt. Hæc ſcribit Herodotus. li. i. hiſtoriarum. ¶ Et quoniã hiſtoria (vt Cicero. li. ii. de Oratore inq̃t) teſtis ẽ tẽporum: lux veritatis: magiſtra vitæ: Vos quidem filii tam pios in matrẽ iuuenes imitemini. Non piguit illos quinq; paſſuum millia & vlterius: ſponte matris currum ſubire & trahere: Curnam igitur vos parum laboris aut tædii pa rentum veſtrorum obſequio ſubire negligitis? Sunt illi ob pietatem (qua vſi in matrem fuerant) ab omnibus laudati maxime: effigieſq; apud delphos meruerũt Si & vos pii fueritis erga parẽtes: laudati ſemꝑ vt illi & grati eritis.

Mors

Hiſtoria quid

¶ Ex Plynio Ti. xiiii.

Glires genitores ſuos feſſos ſenecta alunt inſigni pietate hæc plynius li. viii. Quid aũt ſit pietas. M. Tullius pro plantio aperit dicẽs Quid eſt pietas: niſi voluntas grata in parentes? Et li. ii. Rh: pietas eſt per quã ſanguine coniũctis: patriæq; beniuolis officium & diligens tribuitur cultus.

Glires Pietas

Ex Solino Ti. xv.

EXimia Ciconiis ineſt pietas: & enim quantum tẽporis impenderint fœtibus educandis tantum & ipſe a pullis ſuis inuicem aluntur. Ita eñ impẽſe

Ciconiæ pietas



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

nidos fouent: vt incubitus aſſiduitate plumas exuant.

*Ciconiæ ſonus.*

¶Hæc Solinus. vbi paulo ſuperiꝰ dixerat: illa: aues iſtas ferunt linguas nõ habere: ſonum autem: quo crepitant: oris potius q̃ vocis eſſe. De Ciconia etiam Iuuenalis Satyra prima dixit. Quæq; ſalutato crepitat concordia nido. alluſit

*Iuuenalis locus.*

enim ad Ciconiam concordię dicatam: ſub cuius forma colebatur. Quem quidem Iuuenalis locum de Ciconia omnino eſſe intelligendum: non de Cornice: vt ille dixerat. Ouidiꝰ

*Ciconiæ ſonus.*

quoq; libro ſexto meta. innuit his verbis. Ipſa ſibi plaudat crepitante Ciconia roſtro. ¶Si ergo Ciconia tanta vtitur pietate in educandis parentibus: illoſq; etiam oris ſonitu in nido ſalutat: Quid nam tu homo dei ſimulachrum impius es in parentes tuos? Quid te illos aduenientem ſalutare piget?

*Siculorũ pietas.*

¶Inter Catinam & Syracuſas certamen eſt de illuſtriũ fratrum memoria: quorum nomina ſibi diuerſæ partes adoptãt. Si Catinenſes audiamus: Anaphas: & Amphinomus Si qđ malunt: Syracuſæ: Mantiam putabimꝰ: & Critonem Catinenſis tamẽ regio cauſam dedit facto: in quã ſe quum incẽdia æthnæ protuliſſent: iuuenes duo ſublatos parentes euexerunt inter flammas illæſi ignibus. Horum me-

*Campus piorum.*

moriam ita poſteritas venerata eſt: vt Sepulcri locus nominaretur campus piorum. Hęc Solinꝰ vbi de Sicilia loq̄tur. ¶Quocirca & vos filii Siculorum fratrum pietatis memores: parentibꝰ veſtris opem ferre cunctis in rebus vltro conari debetis.

## Ex Aulo Gellio. Tit. xvi.

*Filius magiſtratus Pater priuatus.*

TAuri philoſophi ſententia fuit: in publicis locis: atq; muneribꝰ: atq; actionibus: patrum iura cum filiorũ (qui in magiſtratu ſunt) poteſtatibus collata: interquieſcere paululum: & conniuere. Sed quum extra remp. in domeſtica re: atq; vita ſedeatur: ambuletur: in conuiuio quoq; familiari diſcumbatur: tum inter filiũ ma-

giſtratum:& patrē priuatum:publicos honores ceſſare:na turales & genuinos exoriri.Hęc ex Gellio.li.ii.c.ii.

Itaq̨ ſi maxima eſt habēda parētibus reuerentia ab his etiā filiis:q magiſtratū gerūt: vbicūq̨ extra remp.in locis q̄dē priuatis fuerīt:q̄to maior haberi debet abs te priuato.

Quæri ſolitum eſt in philoſophorum diſceptationibus: an ſemper:inq̨ oībus iuſſis patri parendū ſit.Sentētia opti ma atq̨ tutiſſima viſa eſt:in quibuſdā parendū:Quibuſdā nō obſequendū.Sed ea tñ:quæ obſequi nō oportet: leniter & verecūde:ac ſine deteſtatione nimia:ſineq̨ opprobratio ne acerba repræhenſionis:declinā da ſenſim:& relinquēda eſſe dicūt:q̄ reſpuēda.Omnia aūt quę in rebus hūanis fiūt (ſicuti docti cēſuerūt)aut hōeſta ſunt aut turpia.Quę ſua vi recta aut honeſta ſunt:vt fidem colere:vt patriā defen dere:vt amicos diligere:ea fieri oportet: ſiue impet pater ſiue nō ipet.Sed quę iis cōtraria:quęq̨ turpia & omnino ini qua ſunt:ea neſi imperet quidē.Hęc ex Gellio.li.ii.cap.vii.

Parētib⁹ an parendum.

Res humanæ.

### Ex Salomone in prouerbiis.Titu.xvii.

AVdi fili mi diſciplinam patris tui: Et ne dimittas legem matris tuæ:vt addatur gratia capiti tuo: Et torquis collo tuo.

Filius obediēs.

Filius ſapiens lætificat patrem:filius vero ſtultus mę ſtitia eſt matris ſuæ.

Filius ſapiens.

Dolor patris:filius ſtultus.

Qui affligit patrem:& fugit matrem:ignominioſus erit & infęlix.

Filius iniquus.

Qui maledicit patri ſuo:& matri:extinguetur lumē ei⁹ in mediis tenebris.

Filius reuerens.

### Ex Eccleſiaſtico Tit.xviii.

QVi honorat patrē ſuū:iucūdabit i filiis: & in die oratiōis ſuæ exaudiet.Qui honorat patrē ſuū vi ta viuet lōgiore.Qui timet dñm:honorat parentes & qua ſi dñis ſeruiet his q eū genuerūt:in ope: & in ſermone:& oī

Parētib⁹ ſeruiēdū.

Maledictio. — patiĕtia honora patrē tuū: vt ſupueĭat tibi bĭidictio: a deo. Bĭidictio patris firmat domos filiorū. Maledictio aūt mřis

Filii gl'ia. — eradicat fundamēta: Ne glorieris in cōtumelia patris tui: nō eī̄ tibi gloria: ſed cōfuſio. Gloria eī̄ hoīs ex honore patris ſui: Et dedec⁹ filii př ſine honore

Filius prauus. — Fili ſuſcipe ſenectam patris tui: Et nō cōtriſtes eū ī vita illi⁹ Elemoſyna eī̄ pris/ nō erit in obliuiōe. Q̄ȝ malę famę ē q derelīqt patrē: et ē maledict⁹ a deo q exaſperat matrē.

Ex Paulo aplo. Tit. xix.

Filiorum obediētia — Filii obedite parētibus veſtris in dño: hoc eī̄ iuſtū eſt. honora patrē tuū & matrē tuā: vt bñ ſit tibi: & ſis lōgęuus ſup terrā. Paulus in epl'a ad Epheſios.

Ex Matthæo euangeliſta. Tit. xx.

Honora parentes. — NAm deus dixit: honora patrē & matrē & q maledixerit patri vl' matri morte moriať. xp̄s ī matthęo.

Ex Vergilio. Titulo. xxi.

Aeneæ pietas. —
Eia age chare pater ceruici imponere noſtræ:
Ipſe ſubibo humeris: nec me labor iſte grauabit:
Quo res cunq; cadent: vnum: & cōmune periclū:
Vna ſalus ambobus erit.
Aſcanium: Anchiſenq; patrē: teucroſq; penates.
Cōmendo ſociis.

Aeneę verba ſunt apud Maronē li. ii. æn.

Aeneas. — Incenſa Troia grecorū flāmis: Anchiſę troiani filius Aeneas: qui vt Homerus ſcribit. li. xi. Iliados: e Troianis velut deus a populo in honore habebať. tanta erga parētē pietate: & charitate tenebať: vt humeris illū gerēs (etſi clariſſim⁹ erat) ex hoſtib⁹ & incēdio liberarit: quo qdē labore (vt aiebat) nil grauabať. Quę eī̄ ſpōte: aīoq; libēti aguntur: & ſi difficilia ſint: fiūt leuia. Hinc noſtro in ſpeculo illud: Si facis inuitus: leuiores aſpera fiet: Res dura apparet mollis: ſi

Inuitus Volens. — ſpōte labores. Scripſit aūt Mātuan⁹ Poeta de tanti viri pietate in patrem: Vt & te quoq; doceret parētum obſequio: & ſaluti paratiſſimū fore: omni loco: & tempore: vbi & quādo tuo ſtudio: tua opera: tuo præſidio indiguerint.